Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de quidem tempus humiliandi animę quantum potui ma
xime commendauimus tamen propter hominum errores qui p
uaniloquas seductiones & prauas consuetudines nobis
molestam pro uobis curam inferre non cessant tacere non
possum. Sunt quidam obseruatores quadragesimę deliciosi
potius quam religiosi exquirentes nouas suauitates magis
quam uetustas concupiscentias castigantes qui pro sis copi
osisq; apparatibus fructuum diuersorum quorum liberuagantes
& sapores superare contendunt. Vasa in quibus coquitur
carnes tanquam inmunda formidant. & in carne sua uentris
& gutturis luxuriam informidant. Ieiunant non autem
solitam temperando minuant edacitatem. sed ut ammo
derata differendo augeant auiditatem. Nam ubi tempus
reficiendi aduenerit opimis mensis tanquam pecora pascuis
irruunt uentresq; distendunt artificiosis & peregrinis con
dimentorum diuersitatibus. Iamque capiunt admanducandum
quantum digerere non sufficiunt ieiunando. Sunt etiam
qui uinum ita inbibunt ut alioram expsione pomorum
alios q; sibi liquores non salutis causa sed iocunditatis exe
quirant. tanquam non sit quadragesimę pia humiliationis
obseruatio sed nouę uoluptatis occasio. Quantum enim
honestius esset ut si propter infirmitatem stomachi aqua potare
non poterit uino usitato & modico sustentaretur. Quid
autem absurdius quam tempore quo caro arcuus castigandam
tantam suauitatem carni pauerit ut ipsa fauces concupi
scentia nolle quadragesimam praeterire. Quid inconuenien
tius quam diebus humilitatis quando paruus uictus omnibus
imitandus esset uitam uiuere ut si toto tempore sic uiuat uix
possint diuitum patrimonia sustinere. Cauete ista diuitis